

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

**Q**uod fuit ab inicio quod audiuimus. quod uidimus oculis nostris. quod prospeximus. et manus nostre circumtulimus de uerbo uitae et uita manifestata est. et uidimus et testamur. et annuntiamus uobis uitam aeternam quae erat apud patrem. et apparuit nobis. **Q**uod uidimus et audiuimus annuntiamus uobis. ut et uos societatem habeatis nobiscum. et societas nostra sit cum patre et filio eius ihesu christo. Et haec scribimus uobis. ut gaudeatis. et gaudium nostrum sit plenum. **E**t haec est annuntiatio quam audiuimus ab eo. et annuntiamus uobis. quoniam deus lux est. et tenebrae in eo non sunt ullae. Si dixerim quoniam societatem habemus cum eo. et in tenebris ambulamus. mentium et non facimus ueritatem. si autem in luce ambulamus sic et ipse est in luce. societatem habemus ad inuicem. et sanguis ihesu filii eius emundat nos ab omni peccato.

**R**ogamus. non mandatum nouum scribo uobis. sed mandatum uetus *fr. vi.* quod habuistis ab inicio. Mandatum uetus est uerbum quod audistis. In terram mandatum nouum scribo uobis. quod est uerum. et in ipso. et in uobis. quia tenebrae transierunt. et lumen uerum iam lux est. **Q**ui diem se in luce esse. et fratrem suum odit. in tenebris est usque adhuc. Qui diligit fratrem suum in lumine permanet. et scandalum in eo non est. qui autem odit fratrem suum in tenebris est. et in tenebris ambulat et nescit quae cat. quoniam tenebrae obsecuerunt oculos eius. **S**cribo uobis filioli. quoniam remittunt uobis peccata propter nomen eius. Scribo uobis patres. quoniam cognouistis eum qui ab inicio est. Scribo uobis adolescentes. quoniam uicistis malignum. Scribo uobis infantes. quia cognouistis patrem. Scribo uobis iuuenes. quia fortes estis et uerbum domini in uobis manet. et uicistis malignum. **SABBATO.**

**U**s quod audistis ab inicio. in uobis permaneat. Si in uobis manserit quod ab inicio audistis. et uos in filio et patre manebitis. Et haec est remissio quam ipse pollicetur est nobis. uita aeterna. Haec scribo uobis. de his qui seducunt uos. **E**t uos unctionem quam accepistis ab eo maneat in uobis. et non necesse habetis. ut aliquis doceat uos de omnibus et uerum est. et non mendacium. Et sic docuit nos manere in eo ut cum uenerit habemus fiduciam. et non confundamur ab eo in aduentu eius. **S**i scitis quoniam iustus est. seruite quoniam omnes qui faciunt iusticiam. ex ipso nati sunt. Videte qualem carnem dedit nobis pater. ut filii dei nominemur et simus. Ipse hoc mundus non nouit nos. quia non nouit eum. *km. nunc*